

139

caliditas in aere et ideo magis
concitantur tunc homines ad bella
et moriuntur multi. sed quia mors
regum magis habetur in memoria
magis dicitur esse signum mortis
regum quam rusticorum. Quem
effectum habeant planete in
corporibus inferioribus. In corporibus
autem inferioribus habent effectum
naturam sicut videmus quod fluxus
et refluxus maris sequitur motum
lune que habet dominium super aquas.
De causa diluuii et in unda-
tione aquarum Sicut videmus
etiam quod quando planete omnes
vel plures conueniunt in fine aqua-
rii ubi est sita stella que vocatur
situla fit diluuium vel magis
inundatio aquarum De causa
ventorum et caloris. Quando
conueniunt in libra vel in similibus
triplicitate fiunt venti horri-
biles. Quando conueniunt in leo-
ne vel in sua triplicitate maxime pla-
nete calidi ut sol mars
iupiter fit maximus estus
et ignes cadentes de aere
qui vocantur ab. si sit longus

et latus. Si autem sit paruus vocatur
stella cadens. Si vero sit longus
non habens notabilem latitudinem vocatur
ignis perpendicularis De luna
Luna omnibus aliis planetis
inferior est. unius circuli et terre
vicinior. frigida et humida et receptor est
omnium dispositionum quia mutat ut dicitur
esse supra. ad planetam cui adiungitur
et est delator omnium planetarum quia de-
fert dispositionem unius planete ad
alterum quia omnium planetarum qui supra
se sunt naturas recipit. quia omni mense
se omnia signa et planetas re-
quirit et quod a singulis recipit in cor-
tis influus in terra reddit et ipsa
stantibus refundit. Ad solam igitur
lunam debemus aspicere in factis
agendis. quia ipsa teste pto-
lomeo cum sit terre proximior in
rebus mundi maiorem effica-
ciam habet. Luna mense com-
conceptionis dat plasmatum pul-
monem et diuidit membra
per loca sua et sic preparat tunc
nascitur erit uitalis. quia
omnes planete sunt in eo perfi-
ciunt opera. Cum enim mense